



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 27. Regis Lusitani Legatio ad Papam

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

**S**ecul. XVI. nus Upsalenis Archiepiscopus Suecorum  
A.C. 1514. Regum studiis addictus, defuncto Stenon-  
sturo regni Administratore, nil intentatum  
reliquit, ut Daniæ Reges in Sueciæ sce-  
ptra reponerentur: id cum impetrare  
non posset, Archiepiscopalem Sedem  
suam Errici Trolli Senatoris, qui Admi-  
nistratoris Stenonsturi capitalis erat ini-  
micus, filio cessit. Hic Christierni II.  
novi Daniæ Regis partibus accedens,  
brevi cum Administratore simultates su-  
fcepit, moxque ejus Suffraganei Prä-  
fulis sui exemplum fecuti sunt, quin imo  
eorum nonnulli iræ magis impotentes,  
Regem Daniæ, ut inducias rescinderet,  
sollicitarunt.

### §. XXVII.

#### *Regis Lusitani Legatio ad Papam.*

*Marian. l. 30* Interea Lusitaniæ Rex, qui in regno suo  
n. 110. plena tranquilitate potiebatur, atque  
*Paris de* immensis, quas ex Indiarum navigatio-  
*Graffis MS.* ne quotannis percipiebat, divitiis auctus,  
*Arch. Vatic.* priori anno ad finem vergente, solemnem  
c. 4. p. 44. Raynald. hoc Legationem Romam decernere consti-  
utn. u. I. tuit, eo fine, ut Romano Pontifici de  
more obedientiæ pensum exsolveret, ac  
insolita, eaque prorsus magnifica eidem  
offerret munera. Igitur Anno Salutis  
millesimo quingentesimo decimo quarto  
die

die duodecima Martii, Romam ingredi- Sæcul. XVI.  
 tur Oratorum princeps Tristanus de Cu- A.C. 1514.  
 gna, qui dudum in Indiis moratus, hujus  
 regionis optime gnarus erat. Admit-  
 tebatur is ad alloquium summi Pontificis  
 præsentibus cunctis Cardinalibus, ibique  
 Jacobus Paceccus tertius legationis socius,  
 ac jurisconsultus longe celeberrimus  
 Regis nomine ad Papam orationem di-  
 xit, non minus sententiis gravem, quam  
 verborum facundia præstantissimam,  
 quam Pontifex summa animi voluptate  
 excipiens, paucis respondit, *Regem Ema- Marian. l. 30*  
*nuelem pro eo, ac par effet, se magnificere, n. 112.*  
*allata munera sibi grata extitisse, & quod po-*  
*stularet, curæ fore; piissimos quoque tan-*  
*ti Principis conatus se pro viribus juva-*  
*turum.*

### §. XXVIII.

#### *Bulla Cruciatæ a Papa Lusitanæ Regi concessa.*

Post hæc summus Pontifex *confeditis mox* Marian. l. 6.  
*tabulis, verba sunt Marianæ, crucia-*  
*tæ veniam in opem belli Africani Lusitano*  
*Regi concessit. Adjecit in sacri bellî sum-*  
*ptus decimarum Ecclesiasticarum tertiam*  
*partem in templorum fabricas, & sarta*  
*tecta, cultumque consumi solitam: præ-*  
*terea aliorum sacrorum vectigalium in uni-*  
*versa Lusitania decimas indulxit. In usu*  
*harum*